

NOVELLA RVM CONSTITU- TIONVM IMP. IVSTI- NIANI EXPOSITIO.

Auctore Iacobo Cuiacio I. C.

Accessit Index copiosissimus.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Ioannem Gymnicum,
sub Monocerote.



Coll. Soc. Iesu Salm. ex dono F. Schmid

ILLVSTRISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO
D. CHRISTOPHORO, COMITI PA-
Latino ad Rhenum, Illustrissimi Principis ac Do-
mini D. Frederici Electoris Palatini filio,
Bavaria Duci, Jacobus Cui-
cus S.



V P I V I iam anteà sæ-
pè, Illustrissime Prin-
ceps, vt daretur mihi
aliquando tempus op-
portunum, quo te cul-
tu & obseruantia ali-
qua reuereret possem, &
ne te fugiat quæ res hoc in me desiderium
potissimum accenderit, Ego, cùm frequen-
tiores studiorum causa venirent ad nos
Germani quàm soleant modò, consopitis
ciuilium dissensionum iniuria apud nos
omnibus penè liberalium artium studijs,
nostratum nemini concessi, qui Germa-
norum ingenijs faueret, quiue nobilitatem
& virtutem corum admiraretur magis, vt
illi vicissim in me habuere semper præ a-
lijs aliquid quod diligenterent, ea re adsi-
† a duos

N V N C V P A T.

tulerint vt ederem integrum , non effici-
ent tamen vt eum derelinquam, antequam
ad extremum pertulerim, & nomini etiam
tuo quatuor reliquas quæstiones inscri-
pserim , vt nunc inscribo humiliter prio-
res quinque, simul ac Nouellas & Obser-
uationum accessionem quam dixi. Quod
omne si tanquam ab homine tuæ Celsi-
tudini deditissimo , benignè & libenter
acceperis, & hanc animi erga te mei pro-
pensionem, quæ effecit id elicuitque om-
ne mihi quantumuis licet alienissimo tem-
pore, in mente tua nobilissima, & omnibus
virtutibus instru&tissima ad conciliandam
mihi eam in perpetuum, valere srueris, &
me , Illustrissime Princeps exercefeceris,
Iargius enim verò prolixiusque ad illustris-
simam familiam tuam omni deinceps ob-
seruantia & honore prosequendam , &
ad studia quoque mea addicenda vobis
potius quàm nostris hominibus, qui lite-
rarijs muneribus, quæ etiam dijs feruntur
esse amica , parum abest vt se honestari
non potent , qui ne gratiarum quidem a-
ctione vel minima incipiunt iam nostram

† 4 agno.

NOVELLARVM CONSTITUTIONVM

Imper. Iustiniani Ex-
positio,

Auctore Jacob. Cuiacio
I. C.



AE C mihi prior appellatio-
nis Nouellarum occurrebat
ratio, quod noua eiis atque
a veteribus dissidentia iura
constituantur, quamvis non
utique omnibus: exempli
gratia xc. & xcij. Et huic

quidem rationi Cedrinus aderat qui de hoc No-
uellarum libro scribit in hunc modum in Iustiniano,
τὸν παλαιοὺς νόμους πάντας ἀνεγέρει, ποιη-
σας μονόθελον, οὐ γάρ διατάξεις ἐκάλεσται.
Posterior tamen quæ succurrit animo meo, verior est,
quod nouissimè promulgata sunt post codicem Iustini-
ani repetitæ prælectionis. nam & sapissimè à Gracis
interpretibus appellantur νεωτερὰ τὸν κάσικον,
& ab ipso Iustiniano Nou. 66. & in constitutione de
novo Codice faciendo: & pariter Theodosii, Valen-
tiniani, Martiani, Leonis, Maioriani, Seueri Con-
stitutiones non alia ratione Nouelle appellatae sunt,

A quam

θυτὰ παντὶς δέκα χριστίου λιτρώματα τιθέντων, Καὶ τῆς ἐκκυρώσεως ὅντος μετρίαμενοις φερόμενοις κατέβασις ἀποδεῖξαντες, ἔχουσι οὐτέ τόπον προσελεύσαντες μηδέ τὴν ἐκείνην θεοφάνειαν κληρονομούσαντων Καὶ πραγμάτων ἀστάτων γάλλων, περὶ τῆς προσάρτησης τὸν νόμον μετανοεῖνας γηπέδιαν. Τοῦτον προτάτων ἀρχόντων καὶ τῶν ὑπηρέτων μέσων ἀστοῖς τάξισι, οἷοι τῶν ἀπαυταχουσίων ἐκ δίκαιων, τὰς πατρίδας ἡμῶν γῆραικῶν διατηταγμένοις φυλαττήσαντες, καὶ ὑφορωμένων τὰ ὕδρισμά τοις αὐτοῖς τὰ ταυτὸν εἰπατίμια.

Hic est finis Nouellarum. Laus sit Deo Patri nostro, & Domino Iesu Christo, qui ut hunc finem adsequerer, etiam medio in turbine verum, Gallia nesciente tueri societatem humanam, utique redimeretur omnis hæc opera mea ab insulso militie, cui prodita fuerat iniuste, pro sua clementia fecit. Te sancte Dei veneror, tibi gratias ago, vni, soli, omnipotenti, veniam petens, ut velis, quandiu voles esse me in hac arumarum valle, studia quæ fecisti mea, fortunare pariter, ne qui mihi malus eaturba sit male, per Iesum Christum Dominum nostrum.